



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Legatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

pauperibus procedit etiam quoad vi-  
duas pauperes: secus si factum esset pro  
virginibus maritandis *p. 3. tr. 6. ref. 29.*

6 Legatum pro fabricâ templi, potest  
expendi pro ornamentis, & aliis cultui  
diuino necessariis. Item legatum di-  
stribuendum quotannis, potest totum  
simul dari. v.g. alicui hospitali. Item  
legatum naturalibus alicuius loci. po-  
test dari iis qui ibi decennio habita-  
runt, licet aliunde sint oriundi, nisi  
constet de animo non manendi ibi  
perpetuo. *Sanchez. p. 4. tr. 4. ref. 140.*

7 Legatum factum genericè, licet re-  
gulariter debeat intelligi de minori, si-  
ne viliori, tamen in propriâ causâ de-  
bet intelligi de meliori. Item legatum  
consanguineo pauperi, debet dari pau-  
periori. *Thorus. p. 3. tr. 6. ref. 29.*

8 Legatum alicui Ecclesiæ perpetuò  
quotannis soluendum, extinguitur per  
non solutionem 100. annorum. *Nald.*  
& alii. sed contrarium probabile est, &  
in praxi ferè seruatur, etsi prius in iure  
sit probabilius. *p. 5. tr. 14. ref. 84.*

*Vide Testamentum.*

*Legatus.*

**Q**uamuis Legati iure gentium sint  
inviolabiles; possunt tamen puniri  
à

à Principe apud quem sunt, si delictum committant, quod iure gentium damnetur : quia non debet eis suffragari ius, quod ipsi primi violarunt. Farinac. & alij 16. Hoc tamen intelligendum est de solis Legatis Principum secularium, nam Nuntij Pontificis cum totâ familiâ, etiam laicâ vndequaue immunes sunt. *p. 6. tr. 8. ref. 2.*

## Leges.

**L**eges humanæ ciuiles vt obligent, requiritur acceptatio populi, alioquin essent nimis onerosæ. (Lessius & alij 11.) Leges autem Pontificiæ ab eiusmodi acceptatione non pendent; quia Pontif. iurisdictionem accipit immediatè à Deo: (Suar. & alij 7.) si tamen per non usum aliqua est abrogata non obligat amplius *p. 1. tr. 10. ref. 1.*

2 Qui primi contra legem laicam agunt, nec eam acceptant, peccant. (Suar. & alij 8) etsi quidâ contrarium doceant. (Bonacin. & alij 2.) Quòd si Episcopi & Principes, qui tunc viuunt cum lex Pontificis primùm promulgatur, eam non recipiunt; successores eorum excusantur. Becan. Semper tamen licet supplicationem pro reuocandâ lege por-